Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



dixit · Respice in nos · At ille intendebat in eos sperans se
aliquid acceptur ab eis · Petrus autem dixit · Argentum
et aurum non est michi · quod autem habeo hoc tibi do · In nomine
Ihu xpi nazareni surge et ambula · Et apprehensa eius
manu dextera · allevavit eum · Et protinus consolidate sunt
bases eius et plante · et exiliens stetit et ambulabat · Et
intravit cum illis in templum · ambulans et exiliens
et laudans deum · Et vidit eum omnis ambulantem · et lau-
dantem deum · Cognoscebant autem illum quoniam ipse erat qui
ad elemosinam sedebat · ad speciosam portam templi · Et
repleti sunt omnis stupore · et extasi in eo quod acciderat illi ·

Illo t: Dixit ihs symoni petro · Symon · Sim iohnis
iohannis diligis me plus his · Dicit ei · Etiam domine · tu
scis quia amo te · Dicit ei · Pasce agnos meos · Dicit
ei iterum · Symon iohnis diligis me · Ait illi · Etiam domine
tu scis quia amo te · Dicit ei · Pasce agnos meos · Di-
cit ei tertio · Symon iohnis amas me · Contristatus est
Petrus · quia dixit ei tertio amas me · et dicit ei · Dne
tu omnia scis · tu scis quia amo te · Dicit ei · Pasce
oves meas · Amen amen dico tibi · cum eris iunior cin-
gebas te · et ambulabas ubi volebas · cum autem senue-
ris extendes manus tuas tuas · et alius te cinget · et ducet
quo tu non vis · Hoc autem dixit · Significans qua mor-
te clarificaturus esset deum · In die scorum · Iohis Acctus apl

In diebus illis: Misit herodes rex manus: ut afflige-
ret quosdam de ecclia · Occidit autem iacobum fratrem io-
hannis gladio · Videns autem quia placet iudeis: appo-
sivit apprehendere et petrum · Erant autem dies azimorum ·
Quem cum apprehendisset: misit in carcerem tradensque